

ÿ. Spiritus Domini replebit orbem terrarum.

ñ. Et hoc, quod continet omnia, scientiam habet vocis.

ÿ. Dominus vobiscum.

ñ. Et cum spiritu tuo.

**OREMUS.**

Deus qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de ejus semper consolatione gaudere.

Deus, qui diversitatem gentium in confessione tui nominis adunasti: da, ut renatis fonte baptismatis una sit fides mentium et pietas actionum.

Ecclesiae tuae, quaesumus Domine, preces placatus admitte, ut destructis adversitatibus, et erroribus universis, securam tibi serviat libertate. Per Christum Dominum nostrum. ñ. Amen.

*Concluida la visita de la fuente y óleos, vuelve el Prelado á su trono ó dosel, guardando los acompañantes el mismo orden en que vinieron, y allí, dejadas las vestiduras blancas toma la capa pluvial y estola de color negro ó morado, y procede á los responsos en el orden siguiente.*

*Colocado en medio del altar y vuelto al pueblo, con báculo y mitra, reza alternativamente con sus capellanes y demas ministros lo siguiente:*

**AÑA.** Si iniquitates.

**PSALMUS 129.**

De profundis clamavi ad te Domine:  
\* Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuae intendentes \* in vocem deprecationis meae.

Si iniquitates observaveris Domine, \*  
Domine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est, \* et propter legem tuam sustinui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus, \*  
speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noc-  
tem \* speret Israël in Domino.

Quia apud Dominum misericordia: \*  
et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israël \* ex omnibus  
iniquitatibus ejus.

ŷ. Requiem aeternam dona eis Do-  
mine.

ŕ. Et lux perpetua luceat eis.

AÑA. Si iniquitates observaveris Do-  
mine, Domine quis sustinebit?

*Deja el báculo y la mitra, pone incienso  
en el incensario bendiciéndolo y dice:*

Kyrie eleison. Christe eleison. Ky-  
rie eleison.

*Pater noster, y prosiguiendo en secreto  
rocia tres veces con agua bendita el lugar  
que tiene delante de sí y despues lo incensa  
del mismo modo.*

ŷ. Et ne nos inducas in tentationem.

ŕ. Sed libera nos a malo.

ŷ. In memoria aeterna erunt just.

ŕ. Ab auditione mala non timebunt.

ŷ. A porta inferi.

ŕ. Erue, Domine, animas eorum.

ŷ. Requiem aeternam dona eis Do-  
mine.

ŕ. Et lux perpetua luceat eis.

ŷ. Domine, exaudi orationem meam.

ŕ. Et clamor meus ad te veniat.

ŷ. Dominus vobiscum.

ŕ. Et cum spiritu tuo.

### OREMUS.

Deus qui inter apostolicos Sacerdotes  
famulos tuos Pontificali fecisti dignitate  
vigere; praesta, quaesumus, ut eorum  
quoque perpetuo aggregentur consor-  
tio. Per Christum Dominum nostrum.  
ŕ. Amen.

*Concluido este primer responso, que como se habrá advertido debe ser todo rezado, va el Prelado al cementerio á decir el segundo que será cantado; al efecto se dirige á él precedido de un acólito que llevará el acetre, otro con el incensario, un ministro con la cruz en medio de dos ceroferarios y el clero y los cantores entonarán*

*℞. Qui Lazarum resucitasti a monumento foetidum: \* Tu eis Domine dona requiem, et locum indulgentiae.*

*ŷ. Qui venturus es judicare vivos, et mortuos, et saeculum per ignem. \* Tu eis Domine.*

*Durante la procesion, el Prelado, quien llevará puesta la mitra, dice con los ministros la antífona Si iniquitates y el Salmo De profundis, con requiem aeternam al fin, y repite la antífona, todo como arriba.*

*En llegando al cementerio, los cantores cantan el responso.*

*Libera me, Domine, de morte aeterna, in die illa tremenda. \* Quando coeli mo-*

*vendi sunt, et terra. \* Dum veneris, judicare saeculum per ignem. ŷ. Tremens factus sum ego, et timeo, dum discussio venerit, atque ventura ira. \* Quando coeli movendi sunt, et terra. ŷ. Dies illa, dies irae, calamitatis, et miseriae, dies magna, et amara valde. \* Dum veneris, judicare saeculum per ignem. ŷ. Requiem aeternam dona eis Domine, et lux perpetua luceat eis. ℞. Libera me, Domine, de morte aeterna, in die illa tremenda. \* Quando coeli movendi sunt, et terra. \* Dum veneris judicare saeculum per ignem. Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison.*

*Mientras el coro canta este responso, el Prelado pone incienso en el incensario bendiciéndolo, y concluido el último Kyrie eleison, dejada la mitra canta:*

*Pater noster, rocía é incienso tres veces como arriba, y continúa.*

- ŷ. Et ne nos inducas in tentationem.  
R̄. Sed libera nos a malo.  
ŷ. In memoria aeterna erit justus.  
R̄. Ab auditione mala non timebit.  
ŷ. A porta inferi.  
R̄. Erue, Domine, animas eorum.  
ŷ. Requiem aeternam dona eis Domine.  
R̄. Et lux perpetua luceat eis.  
ŷ. Domine, exaudi orationem meam.  
R̄. Et clamor meus ad te veniat.  
ŷ. Dominus vobiscum.  
R̄. Et cum spiritu tuo.

**OREMUS.**

Deus qui inter apostolicos sacerdotes famulos tuos sacerdotali fecisti dignitate vigere; praesta quaesumus ut eorum quoque perpetuo aggregentur consortio.

Deus veniae largitor et humanae sa-

lutis amator: quaesumus clementiam tuam, ut nostrae congregationis fratres, propinquos et benefactores, qui ex hoc saeculo transierunt, beata Maria semper virgine intercedente cum omnibus sanctis tuis, ad perpetuae beatitudinis consortium pervenire concedas.

Deus cujus miseratione animae Fidelium requiescunt: famulis et famulabus tuis, et omnibus hic, et ubique in Christo quiescentibus, da propitius veniam peccatorum: ut a cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine laentur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

ŷ. Requiem aeternam dona eis Domine.

R̄. Et lux perpetua luceat eis.

*Dos cantores dicen:* ŷ. Requiescant in pace.

R̄. Amen.

*Despues el Prelado levantando la diestra*

*bendice por todas partes el cementerio, y tomada la mitra, por el mismo orden con que vinieron se vuelven todos al presbiterio. Entre tanto los cantores dicen en voz conveniente el *Psalmo Miserere* y el *Prelado* lo reza en voz baja con los ministros y familiares.*

**PSALMUS 50.**

Miserere mei Deus, \* secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum, \* dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea: \* et a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: \* et peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi et malum coram te feci: \* ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus

sum: \* et in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: \* incerta, et occulta sapientiae tuae manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, et mundabor: \* lavabis me, et super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium et laetitia: \* et exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis: \* et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: \* et spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me a facie tua: \* et Spiritum Sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi laetitiam salutaris tui: \* et spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: \* et impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus, Deus, Deus

salutis meae: \* et exultabit lingua mea  
justitiam tuam.

Domine, labia mea aperies: \* et os  
meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium de-  
dissem utique: \* holocaustis non delec-  
taberis.

Sacrificium Deo spiritus contribula-  
tus: \* cor contritum et humiliatum, Deus,  
non despicias.

Benigne fac, Domine, in bona volun-  
tate tua Sion: \* ut aedificentur muri Je-  
rusalem.

Tunc acceptabis sacrificium justitiae,  
oblaciones, et holocausta: \* tunc impo-  
nent super altare tuum vitulos.

ÿ. Requiem aeternam dona eis Do-  
mine.

ŕ. Et lux perpetua luceat eis.

*Adviértase que este último responso, es  
tambien rezado como el primero y se hace*

*del modo siguiente. Llegando el Prelado al  
presbiterio, vuelto al altar mayor, colocada  
la cruz y ciriales al lado de la Epístola, po-  
ne incienso en el incensario, y dejada la mi-  
tra dice:*

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie  
eleison.

Pater noster, rocía é incensa como antes  
y prosigue:

ÿ. Et ne nos inducas in tentationem.

ŕ. Sed libera nos a malo.

ÿ. A porta inferi.

ŕ. Erue, Domine, animas eorum.

ÿ. Domine, exaudi orationem meam.

ŕ. Et clamor meus ad te veniat.

ÿ. Dominus vobiscum.

ŕ. Et cum spiritu tuo.

### OREMUS.

Absolve quaesumus Domine, animas  
famulorum, famularumque tuarum ab

omni vinculo delictorum, ut in resurrectionis gloria inter Sanctos, et electos tuos resuscitati respirent. **Per Christum Dominum nostrum. R̄. Amen.**

*Hecho esto, deja el Prelado la estola y pluvial negro; y de roquete con el bonete en la cabeza, visita los altares de la Iglesia, sus aras, los confesonarios, sacristía, paramentos sagrados y demas utensilios destinados al culto divino y servicio de la Iglesia.*

